

Johann Quistorp

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theol. Facult. Senior, Ad exequias, Quas Coniugi suae desideratißimae Margaretae Kochs/ Maritus Moestißimus Dn. Stephanus Dobbin, Hodie in templo Mariano ad horam medium primam parabit, Omnes Academiae Cives amanter invitat

Rostochii: Kilius, 1542 [i.e. 1642]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771569300>

Druck Freier  Zugang



Quistorp, J.,
in M. Koch,
uxor S. Dobbin.
R. 1642.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771569300/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771569300/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771569300/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771569300/phys_0004)

DFG

4

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Vniversitatis Rostochiensis
JOHANNES QVISTOR-



PIUS, D. & Theol. Facult.

Senior,
Ad exequias,
Quas

Conjugisæ desideratissimæ

MARGARETÆ
ROCHÆ/
Maritus Mætissimus

Dn. STEPHANVS DOBBIN,

*Hodie in templo Mariano ad horam medium
primam parabit.*

Omnes Academiæ cives aman-
ter invitati.


os(O)so

ROSTOCHII,

Litteris NICOLAI KILII Acad. Typog.

ANNO clo 15 XLII.

294





Uamvis Ligurum
& Illyricorum
Vxoribus puer-
perium lusus sit,
quæ prægnantes
inter opus enixaæ,
recens natam prolem domum fe-
runt, ut eam non peperisse, sed in-
venisse credas: Paucarum tamen,
regionum mulieribus hæc conti-
nit felicitas, ut ipsæ validæ sine la-
bore & dolore partum enitantur;
deprehendunt illud, *in dolore paries libe-*
ros, quod primæ omnium mortali-
um matri Evæ dictum est, ad se quo-
que pertinere. Succumbunt huic

M 2

labori

labori plurimæ, & dum vitam dant
soboli, vitam ipsæ perdunt. Do-
cent id non solum historiæ, & lon-
gi temporis experientia, sed nimis
quàm Verum id esse, septem, quod
audio, puerperæ intra quatuorde-
cim dies proximos, in partu vel sta-
tim post partum apud nos in hac
Civitate enectæ, comprobârunt.
Fatum idem & Tu **MARGARE-**
THA Kochs/ fæminarum decus,
experta es: prole masculâ maritum
tuum, qui te ceu seipsum amabat,
mensis Februarij die vigesimo ter-
tio beabus, eundem sextiduo pòst,
mundanis rebus valedicens, in sum-
mum mærorem conjecisti. At tu
mœstissime marite, Vir ab animi
dotibus & candore commendande
Dn. STEPHANE DOBBIN,
ne

ne te ipsum luctu & querimonijs
confice; non tibi licebit ad cæli gau-
dia translatam, votis & lacrymis, ad
vitæ hujus ærumnas revocare, nec,
qui tuus in eam amor est, si liceret,
velles. Placuit summo numini, vin-
culum hoc, quod inter te & conju-
gem tuam desideratissimam fuit,
hoc pacto, hoc tempore dissolvere.
In hujus Voluntate ut Christianus
acquiescas, fas est. Non ego, Aca-
demiæ Cives, in piè denatæ laudes
descendam, cuius genus & vita to-
ta encomij satis est: mori tamen id
dabo, ut pauca de illa dicam. Nata
est ea hic Rostochij, anno millesimo
sexcentesimo decimo tertio, illo
ipso die, quo Christiana Ecclesia,
memoriā nati sui Salvatoris recolit.
Patrē & Matrem adhuc in vivis ha-

M 3 — bet

bet: *Illum* quidem, *Virum* prudentissimum,
Dominum HIERONYMUM Koch/ Senator-
rem hujus urbispectatissimum. Hanc, MAR-
GARETAM Gerdes / Matronam honestissi-
mam & primariam. *Avus* ipsi paternus fuit
CHRISTIANUS Koch/ Senator apud Gu-
strovenses gravissimus. *Avia* paterna.
MARGARETHA Dönssteins / sui sexūs,
dum vixit, ornamentum. *Avus* maternus
Dominus STEPHANUS Gerdes / hujus
Olim Reipublicæ Senator optimè meritus.
Avia materna CATHARINA Mecklen-
borges/ Matronalium virtutum decore or-
nata fæmina. Ex his nata parentibus & ma-
joribus denata hæc nostra, piè casteq; educa-
ta, posteaquam ad eam adolevit ætatem, ut
ad nuptias transfire posset, anno 1628. die
17. Aprilis in matrimonium fuit collocata.
Juveni præstantissimo & literatissimo
Dn. STEPHANO Dobbini/ nunc viduo
mæstissimo. Qui ereptam sibi dolet conju-
gem suam, quam irruptus & sincerus amor
ita copulârat, ut dividiæ inter eos nunquam
fuerint, nisi cùm amore & benevolentia se-
met invicem superare certarent. Suavis hu-
jus conjugij felicitatem, ut sit in rebus hu-
manis,


manis, calamitas hæc interpolavit, quod fæ-
tum unum nondum in lucem editum, & fili-
am unam ANNAM MARGARETAM,
& filium HIERONYMUM infantes ad-
modum, mors extinxerit. Veruntamen-
damnum illud quinque adhuc superstites li-
beri; ALBERTUS, ANNA SOPHIA,
STEPHANUS, BALTHASAR, & NI-
COLAUS, resarciverunt. Sed eheu! hanc
quoq; ex quinq; horum liberorum supersti-
tum concessam voluptatem, ex dilectissimæ
Conjugis obitu mœror, felle & absinthio
amariorem reddidit. Ediderat denata par-
tu sicut satis felici, filiolum ultimum 23. Febru-
arij in lucem, sperabat maritus, nunc viduus
mœstissimus, se post pauculas septimanas
Validam puerperam rerum suarum satagen-
tem habiturum. Sed quam citò spes illa
decollavit! Invadit eam febris vehemens,
quam diligens Medici industria, & adhibita
medicamenta superare non potuerunt, &
quæ sexto post partum die, qui erat primus
Martij, ~~mane~~ vitâ exuit. Amisit hoc pa-
cto Maritus vitæ consortem, cui annos qua-
tuordecim comiter & concorditer convixit,
quæ liberos ad pietatem educabat, sedulam

rerum

rerum domesticarum curam agebat, & quod
caput est, verbi divini amore ardebat, & pre-
cibus continuo vacabat. Hæc ut validæ &
vegetæ fuerunt opera; Ita nec in lecto hæ-
rens quidquam ab his remisit. Patienter
morbi vehementiam tulit, sacrosanctâ sy-
naxis se refocillavit, precibus se, maritum, li-
beros, Deo commendavit, donec secundâ
pomeridiana i. Martij annos nata viginti nc-
vem, vitam cum morte, vel verius mortem.
cum vitâ permutavit. Hoc superest Cives
Academici, ut sympathiam erga viduum, &
parentes mæstissimos, contestaturi, exsequi-
as has cohonestemus. Adeste igitur hodie
horâ mediâ primâ in templo Mariano, fuga-
citatis vitæ humanæ exemplum oculis usur-
pate, mente perpendite, frequentiâ vestrâ
mærorem vidui tristissimi lenite, & vos ad
exitum ex vitâ felicem hoc exemplo mo-
niti, parate. P. P. Rostochij 7. Mar-
tij, Anno 1642.







GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771569300/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771569300/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771569300/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771569300/phys_0016)

DFG

ne te ipsum luctu & quer-
confice; non tibi licebit ad c-
dia translatam, votis & lacry-
vitæ hujus ærumnas revocari
qui tuus in eam amor est, si
velles. Placuit summo num-
culum hoc, quod inter te &
gem tuam desideratissima
hoc pacto, hoc tempore di-
In hujus Voluntate ut Chri-
acquiescas, fas est. Non e-
demiæ Cives, in piè denat
descendam, cuius genus &
ta encomij satis est: mori-
dabo, ut pauca de illa dicantur
est ea hīc Rostochij, anno m
sexcentesimo decimo ter
ipso die, quo Christiana
memoriā nati sui Salvatori
Patri & Matrem adhuc in

M 3

